



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Patriarcharum, Et Christi Jesu Dei Hominis.  
Emanvelis Thesavri Patritii Taurinens. Et Aloysii Jvglaris è  
Societate Jesu**

**Giuglaris, Luigi**

**Francofurti, 1684**

Loth Abrahæ Filius. Topographia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38349**

LOTH  
ABRAHÆ FRATRIS FILIUS.  
TOPOGRAPHIA.

Sulphurea, Viator, quam cernis Lacuna, Pentapolis fuit,  
Quinque olim Regibus beata sedes,  
Nunc fumosum famosi Cupidinis bustum, suas faces ex-  
pertis,

Inversis hujus ignibus tesolitæ nubes?  
Imbris in flamas vetterunt.

Ut contra Naturam lascivitum non dubites;  
Naturæ legibus ita perversis.

Nam contra naturæ inimicos, inimicæ foederantur Naturæ  
Ignis & Imber.

Sic flendos inter lusus,

Igneâ procellâ afflati Cives omnes,

Præposteâ asserti ut amarunt,

Immò, geminato miraculo,

Ignis ex aquâ fluxit, mox aqua ex igne.

Ambustum quippe Regionis faciem  
Pigrum delevit Mare; vero nomine mortuum,

Cocyto simile, unde orra Venus.

Ita profanæ Urbe post incendium naufragæ,

A Vulcano mortem, a Néptuno tumulum habuere.

De More:

Nam Cupidinis flamas lachrymarum sequuntur undæ,  
Nulla igitur hic Ceres, nec Cereris Comes.

Cassæ tantum fruges:

Et poma præstigioso colore blanda,

,, In exemplum voluptatis, quæ foris nitida

,, In pœnitendum mox cinereum vanescit.

Lætior illa Insula, Lothi sedes ac Domus fuit.

Qui solus æruginoso seculo purus, igne non egit;

Solusque incendio superfuit.

Hunc suavi cum Uxore, ac gnatis duabus,

Angeli de Hospitio grati, vindicavere.

Lege data ne Patriam à tergo respicerent.

Ad e

„ Adeo divina iudicij humanis oculis interdicunt;  
 Vel aversa Venus miserationem demeretur.  
 At fœminæ illiciuntur vetando: augente voluptatem per-  
 riculo.  
 Hæc, clivo in isto restitans, dum se vettit, in lapidem verti-  
 tur falsum;  
 Digna Tigillaria quæ in fulsis mittantur.  
 Hoc in monte abstrusus respiraverat Loth:  
 Filiarum comitatu Uxoriam jaeturam leniente.  
 Sat felix quod cariora flammis exemerat:  
 Nescius heu puellarum sinu pejora incendia foveri,  
 Quæ diu clausa ruinam faciunt.  
 Hæc se vitorum generi superstites ratæ,  
 Virginitatis tædio, maternam thalamum scandunt.  
 Nimurum festivæ hilaritatis specie Genium soluturæ,  
 Pleniores calices Patri propinaverant.  
 Ut Veneti lenocinaretur Bacchus & ignis in igne fureret.  
 Hinc nefandæ Bacchantes, ebrii Genitoris implexæ ample-  
 Fœdis Liberalibus, fœdiora miscent Floralia, (xibus,  
 Oh, post illum Salem; adhuc fatuæ Sorores?  
 Debuerant Matri conformari:  
 Quæ nisi esset itatua, nunc fieret.  
 Verum est quod ajunt, lethalem floribus vitem,  
 Cum Virgineos necuerit flores.  
 Infelix Genitor; cui flammæ servatus?  
 Ignem fugit, & secum tulit in dolio.  
 Felix tamen, quod gemina inter stupra castissimus,  
 Salva honestate filias fecit Matres.  
 Nam clandestino Vini philtro obstupefactus,  
 Baccho, Nocte, Somno, ter cæcus,  
 Incestum furantes Filias non sensit.  
 Ut non absurdè afferatur Somnus Pasiphæ Maritus,  
 Cum & incestificus esse possit.  
 Licet hoc etiam miraculis adnumerare.  
 Carneam statuam, dormiendo gignentem.  
 Ergo utraq, concepit uialis Soror.  
 Et utraq; suum peperit fratrem:  
 Quorum alter Moabitis, alter Ammonitis nomen fecit,  
 Olim Isacidis infestum genus;  
 Quale tali thalamo ingignitur.

C

Perga

Perge Viator.

Citra fabulam tres fabulas tenes,  
Phaeonta, Nioben, Myrham.

## LOTHI

## UXOR.

## METAMORPHOSIS.

Quam stupes muliebrem Statuam  
Tanto artificio fictam,  
Artifice caruit.

Genita fuit, & sine scalpello sculpta.

Et, quod impensius mitere,

Olim spirabilis, & loquuta,

Brevi, Fœmina fuit,

Dicerem, est;

„ Nisi prodigium videretur,

Fœminam esse, & racere.

Gorgonium vidisse illam putas?

Aut Ciconum fontem bibisse?

Erras: Se ipsa fixxit.

Nam contra Divinum præscriptum

Dum Patriam spectat, se amisit.

Sola igitur Mortalium, nec Imaginis egens, nec Sepulchri  
Ipsa sua Stupiditatis Imago.

In semitâ hæret.

Et in suâ Statuâ tumulari.

Licet igitur intra Metamorphoses numerare

Fœminam ex verâ fictam,

„ Nam quid in fœminis videoas nisi fictum?

Itaque mentiri solita, seipsum mentitur.

Mortua Vivam simulat, vel viva mortuum.

Magis mirere,

Quod insulsa, salsum migravit in lapidem:

In falso mortua, quo vivâ carebat,

„ Sic